

6637 tabula marmorea, de cuius origine non constat; ex urbe allata est in museum Stockholmiense. Cum fasti simillimi sint Antiatinis qui sequuntur nec recte de his quaestio institui possit nisi adsumptis illis, iis quoque visum est hic locum dare, quamquam cum anni tres 48. 49. 50 in utrisque legantur diverse, non ab eodem collegio utrosque proficisci constat.

	a	b	
	ACRATVS NVMM	II · CLAVDIVS	DAPHIVS a. 65
	MVS · TEGVLARIVS NVMM	//////	ILII
	ROS · STRVCTOR NVMM	EVPHEMVS	ATRENSIS
	S · METRODAS · NVMM	CLAVDIA	FAVSTINA
8 a. 48 a. vitellio l.	VIPSTANO · POPLICOLA COS	ARTORIA	PHLOGI 5
ti. cl.	DIVS · AMARANTVS	CLAVDIA HELLAS NVMM	
ti. cl.	DIVS EPAPHRODITVS	C · LVCCIO TELESINO C · SVTONIO paulino cos a. 66	
	CTVS VILICVS	PANNYCHVS	
10 a. 49 g. ueranio	POMPEIO · GALLO COS	SITA A VALETVDIN	
	TOPIAR	A CAICILIVS ATISCI	10
	AEDIT	CLAVDIA CORIN	
	AMARANTVS ·	/////	
	LINI · PRAEF sic	L · IVLIO RVFO	cos a. 67
15 a. 50 c. antistio ue	TERE · M · SVILLIO NERVILINO · COS	CLAVDIA TYCHE	
	VS · DISP	TI CLAVDIVS Q PONTI	15
	NVS · DISP	ANTONIVS FAVSTVS	
	COSMVS	ALBANVS VILICVS	
	CAVTVS	P · GALERIO TRACHALO	cos a. 68
20	COS	ANTONIA MVSA	
		CLAVDIA ZOSIME	20
		IVLIA · SECVNDA · NVMM	
		ser. s. VLPICIO GALBA · II · T · VINIO rufino cos a. 69	
		ALLVS	
		S ·	
		VS	25

Ex ectypo misso sibi ab Häggström praefecto museo Stockholmiensi descripsit Henzen et posuit in huius syllogae vol. VI n. 8639, unde repetivimus ectypo inspecto.

Litterae paginae prioris aequabiles sunt et uno tempore incisae, paginae posterioris diversae, scilicet minores annorum 65 et 66, sequentium paullo maiores. — 2, 10 vocabuli ATISCI] secunda littera Henzeno P visa magis fuit T.

Singulis annis collegio, cuius hi fasti fuerunt, praesunt magistri opinor modo ingenui modo servi, modo viri modo mulieres; plane ut reperitur in fastis collegii vernarum Antiatini. Mulieres ut in illis, qui perveniunt ad a. 51, nullae inveniuntur, ita in his ab a. demum 65 comparere bene monuit Bormannus. A. 49 quarto loco videtur legendum *praefectus*, ut hic quoque, fere ut in veris magistratibus, praefectura aliquem locum habuisse videatur et Lini servi eo anno magistri alius quidam vices fecisse. In litura, quae ad a. 65 pertinet, antea cogitaveram sublata esse consulum nomina. At consulum, qui eo anno fuerunt Silius Nerva (Tac. ann. 15, 48) sive A. Licinius Nerva Silianus (Phlego mir. c. 23) sive A. Licinius Nerva (Orelli 732) et M. Vestinus Atticus, secundus quidem in ipso consulatu interfectus est inter coniuratos Pisonis (Tacitus ann. 15, 68. 69) et sine dubio nomen eius in fastis publicis deletum; alter vero, cuius in rebus gestis narrandis nusquam mentio fit, ad a. certe 66 damnationem nullam passus est teste titulo Lunensi Orelli 732. Praeterea recte Huelsenus observavit forma liturae magis indicari videri liberti cuiusdam nomen hoc loco sublata. Itaque eo anno sex magistri collegio praefuerunt, contra per a. 47. 48. 49. 50. 66 (non numerato quinto nomine eraso). 67 quaterni, a. 68 tres; fere ut in alteris fastis seni et quaterni magistri potissimum reperiuntur.

a. 67 consules Capitonem et Rufum fasti nominant. Hunc Iulium Rufum esse, de cuius consularis morte Plinius scribit h. n. 26, 1, 5, recte coniecerunt viri docti; idem pleno nomine redit in fastis Interamnatibus hodie servatis in museo Capitolino supra n. 5405, ubi praenomen adhuc male acceptum pro C. vere L. esse intellectum

est admonentibus fastis his archetypo denuo diligenter inspecto. — Alter consul Fonteius Capito a. p. C. 68 a Galba occisus est, quam ob causam hic deficit. Inde simul apparet fastos anni 67 neque ante a. 68 exeuntem incisos esse neque multo post; nam post Galbae obitum Capitonis nomen antiquum locum resumpsit.

a. 68. Praenomen Galerii Trachali nunc demum innotescit. — Consul alter qui deficit est imp. Nero V; unde confirmatur hoc caput incisum esse post eius caedem.

Officia servilia reperiuntur haec:

aedit(uus) 1, 12
atren[ensis] 2, 3
disp[ensator] 1, 16. 17
numm[ularius] 1, 1. 2. 3. 4
numm[ularia] 2, 6. 21

Nam quod item in mentem venit nummos dedisse hos ex nescio qua collegii lege, vix videtur posse admitti, cum dandi vocabulum non adsit. Contra nihil impedit, quominus nummularii hi, intra domum scilicet constituti (nam domus Augustae liberti publice sane nummularium negotium non exercuerunt), iidem tegularii structoresve fuerint et mulier quoque intra domum ei negotio vacaverit. Neque recte opponitur eiusmodi nummularios alibi non inveni; omnino enim ii, fere ut quaestores collegiorum servilium, eo vocabulo non utebantur nisi ibi, ubi non tam coram populo, quam inter servos res agebatur.

structor 1, 3
teglarius 1, 2
topiar(ius) 1, 11
a valetudi[nario] 2, 9
vilicus 1, 8. 2, 17